

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Maria q
cum fonte primo

Quid nos tantilli, quid actione pusilli,
quid in eius laudibus referamus cum
eciam si omnium nostrum membra
uerterentur in linguas, eam laudare
sufficeret nullus? Altior enim celo est
de qua loqui nitimur, abyssio profundior
cui laudes dicere conamur.

Si celum, inquit, te uocem, altior es; si
matrem gencium, precedis; si formam
Dei te appellem, digna existis; si
dominam angelorum
parata,
esse probaris. Quid ergo digne de te
dicam?

Ieronymus ibidem (in sermone de
assumptione).

Sed

quid nos tantilli, quid actione pusilli,
quid in eius laudibus referamus, cum
etiamsi omnium nostrum membra
uerterentur in linguas, eam laudare
sufficeret nullus? Altior enim caelo est,
de qua loqui nitimur, abyssio profundior,
cui laudes dicere conamur.

Ambrosius Autpertus, *Sermo de
assumptione sanctae Mariae*, 4 (CCCM
27B, R. Weber ed., pp.1028-9, ll.2-6).

Si caelum uocem, altior es; si
matrem gentium, praecedis; si formam
Dei appellem, digna existis; si
dominam angelorum
uocitem, per omnia
esse probaris. Quid ergo de te digne
dicam, quid referam, cum non sufficiat
lingua carnis tuas enarrare uirtutes?

Ambrosius Autpertus, *Sermo de
assumptione sanctae Mariae*, 5 (CCCM
27B, R. Weber ed., p.1030, ll.13-17).